

QK. 520, 32.

B.M. II, 450



AVSPICIIS

SERENISSIMI MVSARVM TVTORIS

LUDOVICI FRIDERICI

PRINCIPIS SCHWARTZBURGI

PII, IVSTI, SAPIENTIS

DE X2313068

PENNIS ERVDITORVM

PRAESENTE

IO. HENR. ACKERO

ELEGANTIORIS LITTERATVRAE

IN ILLVSTRI LUDOVICIANO

PRIMO MAGISTRO

DISPVTABIT

IO. LAVRENTIVS SCHMIDT

RVDOLSTADIENSIS



LITTERIS URBANIANIS

MDCCXVII.

81.

PENNAE  
OMNI PERCVLTAE DOCTRINA  
INCLITISSIMI POLYHISTORIS  
ET CONSVMMATISSIMI THEOLOGI  
IO. FRANCISCI BVDDEI

S.

PENNA  
LIMATVLA POLITVLAQUE  
PENNA  
OMNIVM PLENA ELEGANTIARVM  
DVLCICVLI SEMPER ARTIFEX OPERIS  
PENNA  
PER TOTVM CELEBRATA ORBEM  
PENNA  
ERECTIS AMICA INGENIIS  
ACCIPE  
CVLTVS SINCERI DOCVMENTVM  
TESTIS EST PHOEVBVS  
PVVAS AMANS PENNAS  
AH  
NOSTRIS FAVE CONATIBVS  
AH  
STVDIO FAVE ET PIETATI  
TIBI QVA SVMVS DICATI  
ET QVANDO LIVIDI CORVI PENNA  
HISPIDO ADLINIT DENTE  
NIGRVM INVIDIAE THETA  
TVA DETERGE ACIE  
O CYGNEAE PLVMAE OPVS  
SIC, SIC LAETABIMVR  
SIC TRIVMPHABIMVS  
EXPLORATAE QVASI SPE SALVTIS  
SIC TE VIGEBIMVS TVTANTE  
PENNARVM REGINA.

## I.

**D**E pennis eruditorum in medium proferre quaedam placet. Qui leue putant argumentum, et non satis dignum patronorum oculis, quorum in conspectum proditur, legant Taubmanni versus, quibus pennam perornauit in Martinalibus p. m. 534.

Penna beat coelo, penna est, quae curat ut ausit  
 Postuma posteritas factis clarere parentum.  
 Penna suis humeris, nullis adiuta Gigantum  
 Viribus, in nostras magno conamine terras  
 Intulit, et Latias et Graias intulit vrbes  
 Mixtaque Chaldaeis recutiae moenia gentis.

## II.

Incipiamus a penna Lutheri, qua principem septicollum, sineque petra Petrum confregisse dicitur. Noti sunt versus:

Lutherus decimum confregit strage Leonem  
 de clava noli quaerere: PENNA fuit.

Ill. Struuii syntagma \* hist. p. 1233. Vnde Celeb. Bierlingius dissert. de eruditione politica §. 1. not. (a) fundamentum, inquit, papatus est supersticio, quae non armis pelli, sed CALAMO profligari debet.

## III. Ca-

\* Non tantum syntagma sed instructissima iure  
 Historiae dici bibliotheca potest.

## III.

Caspar Peucerus, eruditissimi Melanchthonis eruditus gener, succedit: huius etiam pennae in historia litteraria laudantur. Celeb. Wolffius in carcere eruditorum museo p. 43. 42. confirmant, inquit, chartae loco ipsi fuisse margines et vacua folia libri concordiae, crustas autem panis, igne tostas et crematas, ac cereuisia deinde dilutas atramenti vices praestitisse, calamos denique ab anserium alis mutuatos, quos ad puluerem amouendum et tollendas aranearum telas adferri sibi curauerat. Add. Bibliotheca antiqua publicata lenae ad annum M D C C V I. p. 193.

## IV.

Lipsius pennam, quae scientiae, prudentiae, et sapientiae operata fuerat, augustissimae Christi genitrici consecrauit. Zeumer in classe IV. prof. Ienens. p. 31.

## V.

De Martini Crusii, professoris Tübingerensis literatissimi, penna, scribit auctor des Antwort. Schreiben auf ethliche Frag. Stücke eines gelehrten Edelmanns/ welcher in einer Preußischen Provinz wohnet / p. 194. Man discurret vieles von des Lipsii Feder/ welche er in Silber fassen / und dem Marien-Bilde zu Halle gewidmet. Aber niemand hat meines Wissens etwas von Martino Crusio erwähnet/ welcher seine annales Sueuicos mit einem einzigen Kiel vollendet.

A 3

det.

---

VI DE PENNIS ERVDITORVM

---

det. Wobey dieses noch merkwürdig / daß Lipsius sehr garstig und unleserlich / dieser aber sehr zierlich und nett geschrieben habe.

VI.

Tenzelius in bibliotheca curiosa Mabillonii libros de re diplomatica recensens reposit. II. vi. Fach p. 492. de Allatii calamo haec adfert : Zu denen wächsern Schreibe-Täffeln hatten sie Griffel / dergleichen einen Baldricus, Burguilensis Abbas, zehn Jahr gebrauchet / und da selbiger zubrochen / ein Trauer-Carmen gemacht / in welchem er die ganze Kunst und Gebräuch des Griffels verfasset. Wobey des Allatii Erwehnung geschicht / der bald geweinet / da ihm die Feder oder calamus weggekommen / womit er ganzer vierzig Jahre Griechisch geschrieben hatte. Addatur Bailii cornu copiae.

VII.

De Augustino Mascardo Naudaeana p. II. Augustinus Mascardus professeur d'humanitez a Rome, Camerier d' honneur *la meilleure plume* ou plutôt le Balzac d' Italie , quand il ecriuoit dans sa langue, mais au reste fort vicieux et debauché.

VIII.

Salmasii calamus omni doctrina percultus quantum mouit Tabori bilis ? EQVITEM CALAMARIVM per contumeliam nominauit. Gronouius patet in epist. Gudianis p. 328.

IX. Pau-

## IX.

Paulum Iouium VENALEM CALAMVM habuisse omnibus persuasum est. Thuanus lib. II. sub finem p. 235. Adde Baelium, haec docte explicantem in hac littera not. A. Vid. etiam elegantissimum programma, quo ill. Menckenius ad promotionem XXXIII. magistrorum hoc anno Dom. Esto mihi inuitauit, p. IX.

## X.

De Guilielmo Bellaio \* Langaeo Bailius voce Bel-lai ita scribit : il eut *la plume aussi bonne que la langue, et que l'epée*. Et in not. (AA) addit : Francois de Billon obserue que le Seigneur de Langey ne commençoit iamais l'execution d'aucune entreprise militaire qu'aprés auoir emploie *sa plume* a decourrir l'etat des choses. Il rapporte ensuite ces paroles de Charles Quint, la plume de Langey m'a trop fait la guerre que toute lance badée de France. — — Si l'auteur qui a tant parlé des grans effets de la plume, et qui en a cité tant d'exemples auoit seu ce que ie viens de citer, il en auroit orné son ouvrage intitulé ARMA ANSERINA imprimé a Leide 1679. in 12.

## XI.

\* Vid. Excell. Menckenii schediasma  
de commentariis historicis p. 8.

## XI.

Iacobi Baldi, poetae doctissimi, penna senatoribus Norimbergensibus disputationem excitauit: Baile sub voce Balde: quelques senateurs de Nuremberg disputerent a qui auroit sa plume, et l'on dit, que celui, a qui elle echut la gardat dans vn etui d'argent. Nota B exhibet Bailleti de hac re iudicium : Ie ne fai, dit Mr. Baillet, si celui qui la conserua dans vn bel etui d'argent fait exprès pour elle ne commit pas vn sacrilège; parce qu'il me semble que le pere Balde l'auoit consacrée a la sainte vierge, et que son intention étoit, qu'elle fut pendue a quelq' vne de ses images, ou au lambris d'vn de ses autels, comme Lipsé auoit fait autrefois dans le mouvement d'une pareille deuotion.

## XII.

Ge. Obrechtus inter caussas infortunii sui calamum etiam refert, quod docet eius vale ultimum interfatum monumentis Felleri, celebratissimiviri, trimest. VII. p. 421.

Argentina dedit vitam, gens extera mores

Altorum studiis praemia digna dedit.

Vxor diuitias, iurisperitia spartam

Mens, manus, et *calamus* non bene sana necem.

## XIII. De

## XIII.

De Ge. Schubarti, praeceptoris optimi, calamo mel-  
le dulcior ita fluxit Treuner, consummatissimi theolo-  
gi, oratio in parentatione, qua 1701. 22. Aug. repreaesen-  
tauit den Verlust des Mundes und der Feder / p. 27.  
28. Ich kan die historische Schreib-Feder unsers Wohl-  
seligen Herrn Doctoris nicht vergessen. Bekannt ist  
es / daß man vor Alters eine zierliche Schreib-Art  
genennet calatum Socratici cygni siue Platonis, ei-  
ne Feder des Platonis oder des Socratischen Schwans.  
Denn es träumete dem Socrates einst / daß  
ihm in seinen Schoos ein junger Schwan / welcher  
unvergleichlich schön sänge / geworffen würde / und  
da Tages hernach Plato seiner Lehre untergeben ward/  
urtheilte er / daß dieser durch den Schwan bedeu-  
tet würde / welche Muthmaßung auch der Ausgang  
bekräfftiget. Unsers Wohlseligen Herrn Senioris Fe-  
der war nicht von gemeiner Art / wohl aber mogte  
sie Socratici cygni siue Platonis calamus oder des So-  
cratischen Schwanes Feder heissen / weil sie dem Pla-  
to an Rein- und Zierlichkeit der Schreib-Art ganz  
gleich gekommen. Thales nannte den Feder-Kiel  
calatum animatum, einen lebendigen Kiel / nicht nur  
wegen bekannten hypotheos, sondern auch darum/  
weil man in selbigem gleichsam eine Seele antrifft?  
Was soll ich von des Wohlseligen Mannes seinem  
Schreib-Kiel sagen? Dieses will ich sagen / daß er  
wohl recht ein calamus animatus, immo animans, ein-

B

be-

## X

## DE PENNIS ERVDITORVM

belebter/ ja belebender Schreib-Riel gewesen: Denn alle Worte/ die er geschrieben / sind Geist und Leben. Wenn ein Riel von einem Meister wohl gezogen und zugerichtet wird / muß er wohl schreiben. Und der historische Riel unsers Wohlseligen Herrn Senioris konnte nicht anders als neit schreiben: Denn Bosius, Schilterus, (welche grosse Leute?) hatten denselben gezogen und gleichsam zugeschnitten.

## XIV.

Sed aurem vellis , et occinis illud Cassianum  
CVI\* BONO ? Non irascor , aperiam.

\* Lucius Cassius ille, quem populus Romanus verissimum  
et sapientissimum iudicem putabat, identidem in  
caussis quaerere solebat , CVI BONO FVISSET.  
Cic. pro Roscio. c. xxx. et ibi Cellarius in notis.

## XV.

Seruit haec pennarum notitia carminibus, epi-  
stolis, orationibus concinnandis. Parentatio laudati  
Treunerl luculento erit exemplo. Vide sis etiam  
opuscula nostra eloquentiae fascic. II. p. 84. vbi Lipsii  
penna seruit epistolae gratulatoriae, qua prorectora-  
tum illustris Struui honorandum duxi.

## XVI. Sed,

## XVI.

Sed, inquis, quid iuuant carmina, epistolae, orationes, si concentus vitae morumque non respondeat? Ad vitam debent omnia tendere et ad mores gloriofa emendatione corrigendos. Non refragor: ad vitam referamus et ad mores prolata omnia.

## XVII.

Penna Lutheri doceat, eum optime scribere, qui praepotente Dei spiritu calet. Videsis notas meas ad Sturmii libell. de exercitationibus oratoriis p. 14.

## XVIII.

Peuceri imoneant calami, quid in aduersis faciendum. Legendo scribendoque terendum tempus, non lusu potuue. Thomae de Kempis symbolum fuit: in omnibus requiem quaesiui, sed non inueni nisi in angello et libello, adde, calamo. Parausicini singulalia de viris eruditione claris cent. sec. p. 46.

XII DE PENNIS ERVDITORVM

XIX.

Penna Lipsii doceat, remota superstitione, Dei gloriae dicandum calamum, laudibus Dei omnes implendas esse pagellas. Incitare poterunt, quae quotidie perindulgens in nos pater confert, beneficia.

XX.

Crusii et Allatii pennae adcuratam agendi rationem monstrant, indicem iudicij rectioris.

XXI.

Augustini Mascardi calamus cum oculis fistitur, subeant illa Petrarchae verba : ego modo bene vixifsem, qualiter dixisse parui facerem : ventosa gloria est, de solo verborum splendore famam quaerere. Petrarchae epist. de origine, vita, conuersatione, et studiorum suorum successu p. II. edit. nostrae.

XXII. Sal-

XXII.

Salmasii instillet calamus, Taboris\* fides in oculis,  
humanitatis cultores saepe inuidiae voculis laedi:  
infra iram habe, et patientia ostende, bonas litteras  
te humaniores effecisse, qui fructus esse debet hu-  
manitatis studiorum. Clerici syluae philologicae  
cap. I. §. 9. p. 147.

\* Io. Otto Tabor erat purus putus ciuilista. Euoca-  
uerat illum Argentorato, vbi iura docebat, dux  
Megapolitanus, ac Cancellarii munus ipsi de-  
mandauerat. Tulisse is aliquando perhibetur  
in sanctiori senatu suffragium, eo tendens, insti-  
tuendam esse contra milites, qui tractum Custra-  
uiensem inuaserant, actionem legis Aquiliae.  
Vid. Deutschen Reichs-Staat tom. II. part. II. p.  
82. Laudatus Bierling de eruditione politica.  
P. 45.

XXIII.

Iouii calamus sit magister, nihil aequa dedecora-  
re doctos, quam fidem sublestat. Fides sanctissi-  
mum humani pectoris bonum, quam qui non colit,  
illum non vnius aestimem affis. Initium Satyrae

B 3

Me-

XIV DE PENNIS ERVDITORVM

Menippeae , quam Cunaeus dedit , huc etiam pertinet.

XXIV.

Ballaii penna instruat , deliberandum esse diu , antequam quid adgrediare . Qui hoc negligunt , saepe committunt ea , ad quae mox oculos retorquent cum dolore .

XXV.

Baldi calamus significet , veneratione et obseruantia praeclara merita esse colenda . Pufendorf de officio hominis c. VIII. §. 3. Illis , inquit , qui de mortalium genere bene mereri instituunt , ceteri hoc debent , vt ipsis ne inuident , nec praeclaris eorum conatibus remoram iniiciant . Tum si alia non sit via , paria cum ipsis faciendi , saltem celebritatem memoriae famaeque eorum , qui praecipuus laborum fructus est , promotum eant .

XXVI. Ob.

## XXVI.

Obrechti infelix penna illud suggerat moniti:  
abstine iniuriis scriptis: sunt foetus impotentium ani-  
morum, et in maxima coniiciunt pericula. Non est  
mei temporis, loquere cum Cicerone et senti orat.  
post reddit. in senatu. c. 19, iniurias meminisse, quas  
ego etiam si vlcisci possem , tamen obliuisci mal-  
lem.

## XXVII.

Schubarti tandem calamus ad imitationem mo-  
rum illius ducat. Descripsit ill. Sleuogtius , seculi  
nostri ornamentum, in programmate funebri, quod  
Schubarti epistolis nuper editis praemisi, vnde se-  
quentia huc transferam : non ille calcaribus indige-  
re, aut ad prava sodalitia deerrare, sed certare potius  
cum industria praeceptorum, et iam tum nihil triuia-  
le sibi proponere: eniti per aspera fortunae, et , quid-  
quid durius sustinendum erat, fiducia diuinae opis ac  
fortis olim melioris superare.

## XXVIII. Haec

AK IIa 796

XVI DE PENNIS ERVDITORVM

XXVIII.

Haec animo volue , ego interea finio Gwenii  
versibus ex lib. 1. epigr. p. 15.

Dixit Anaxagoras atram esse niuem, grauis auctor


Haec aetas multos vedit Anaxagoras.

Laudauit *niueas corui vulpecula pennas*

Hei mihi quot vulpes secula nostra ferunt.

F I N I S.





QK. 520, 32  
B.M. II, 450

II a  
796

AVSPICII  
SERENISSIMI MVSARVM TVTORIS  
**LVDOVICI FRIDERICI**  
PRINCIPIS SCHWARTZBURGI  
PII, IVSTI, SAVENTIS  
DE X 2313068  
PENNIS ERVDITORVM  
PRAESIDE  
IO. HENR. ACKERO  
ELEGANTIORIS LITTERATVRAE  
IN ILLVSTRI LVDOVICIANO  
PRIMO MAGISTRO  
DISPVTABIT  
IO. LAVRENTIVS SCHMIDT  
RVDOLSTADIENSIS  
LITTERIS VRBANIANIS  
MDCCXVII.

